

BBRNOLDVS PRESBYTER CONSTANTIENSIS.



Bernoldus ille in Suevia natus & educatus fuit. Is postea multis literis & uirtutibus ornatus se se Constantiam contulit, & eius ecclesiæ presbyter factus est. Erat ingenio clarissimo, & rara eloquentia insignis. Itaque uigilanti studio in sacris & prophanicis literis doctissimus euasit, atque huic urbi & ecclesiæ anno millesimo septuagesimo ornamento fuit. Reliquit is studij sui præclara opuscula, atq; inter alia ad utilitatē ecclesiasticæ reipublicæ librum composuit, quem ordinem Romanum inscripsit. Tandem magno sui desiderio uita functus, & Constantiæ sepultus quiescit. Trit, in script. Eccles,